

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Voluptas m  
cum fonte primo

Aspice illum cui sompnus laxe domus  
silentio queritur, cuius aures ne quis  
agitet omnis seruorum turba  
conticuit;

huc nempe uariatur atque illuc sompnum  
inter egritudines leuem captans. Que  
non audit, audisse se conqueritur. Quid  
in causa putas esse? Animus illi  
obstrepat. Hic placandus est  
huius seditio compescenda est.

Ibidem (Seneca XXVIII. epistola).

Aspice illum cui somnus laxae domus  
silentio quaeritur, cuius aures ne quis  
agitet sonus, omnis servorum turba  
conticuit

et suspensum accedentium propius  
vestigium ponitur:

huc nempe versatur atque illuc, somnum  
inter aegritudines leuem captans; quae  
non audit audisse se queritur. Quid  
in causa putas esse? Animus illi  
obstrepat. Hic placandus est,  
huius compescenda seditio est,

quem non est quod existimes placidum,  
si iacet corpus: interdum quies inquieta  
est; et ideo ad rerum actus excitandi ac  
tractatione bonarum artium occupandi  
sumus, quotiens nos male habet inertia  
sui inpatiens.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 56, 7-8 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.149, ll.10-20).